



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1176. Usque Ad Annum 1203

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1763

VD18 90118022

§. 24. Multi Metis de Hæresi suspecti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66394](#)

pelitur. His diebus & per sequentes Sæcul. XII.
deinde menses miracula edita, quæ cum A.C. 1199.
omnibus adjunctis in Acta relata sunt. *Papebr.*
Ecclesia vero Urbis veteris Petrum ut *Com. prov.*
Martyrem in die obitus, vigesima prima *n.* 4.
Maji, colit.

§. XXIV.

Multi Metis de Hæresi suspecti.

Sub idem ferme tempus Bertrandus E-
piscopus Metensis, data Epistola, In-
nocentium Papam certiorem fecit, in
Urbe sua & Dioecesi multos Laicos at-
que etiam mulieres dari, qui Scripturam
sacram intelligendi desiderio impulsi,
Evangelia, S. Pauli Epistolas, Psalmos,
Libros de Moribus tractantes, librum
Job, & plures alios in linguam Franco-
rum transferri curassent. Eos lectioni
hujus versionis ardentissime vacare,
clandestinos conventus agere, in iisque
explicationem conferre, & alterum alte-
ri prædicare. Præterea illos, qui hujus
studii participes esse nolebant, conte-
mnebant, eorum societatem fugiebant,
& quibusdam Parochis, ardorem inso-
lentem vituperantibus, respondebant
audacter, ostensuros se ex Scriptura,
errare Parochos, qui eos ab hac lectio-
ne velient abstrahere. Non nulli Pasto-
rum suorum simplicitatem spernebant,
eorumque sermone auditio, dicebant se-

Oo 3 creto;

Sæcul. XII. creto; Meliora habemus in libris nostris.
A. C. 1199. & solidius quam pastor iste de his differe possemus.

Acceptis Episcopi literis, Papa ad populum Metensem dedit Epistolam in hunc ferme modum: *Quamquam desiderium sacras Scripturas intelligendi, indeque materiam proximum ad virtutum amorem exhortandi quærere, potius laude quam vituperio dignum sit, pri-
2. ep. 141. vati tamen isti homines reprehendi debet videntur, quod clandestine convenient, l. 12. ext. de quod prædicandi munus sibi arrogant, Hæret. quod Presbyterorum simplicitatem rideant, & societatem a se dissidentium con-*

Matt. 10. 27. temnent. Jesus Christus Apostolus suos jussit Doctrinam suam prædicare super tecta. Atque interrogatus a Pontifice Judæorum respondit; quod semper

Joan. 18. 20. palam docuisset, & in occulto locutus esset nihil. Præterea S. Paulus dicit, di- versia esse in Ecclesia munera, & Deum

Eph. 4. 11. Rom. 10. 15. dedisse quosdam Apostolos, quosdam au- tem Prophetas, quosdam Doctores, qui prædicare non possint, nisi mittantur. Si isti dicant, accepisse se missionem invisibilis visibili excellentiorem, eo retur- dendi sunt, quod, cum interna missio ista sit

occulta, non satis sit, quemquam simpli- citer affirmare, se a Deo missum esse, id enim omnis Hæreticus dicere potest, sed

Exod. 4. 5. quod Missionem suam per Miracula sicut

Moyse

Moyses, vel ex testimonio S. Scripturæ, Sæcul. XII.
sicut S. Joannes Baptista, probare teneatur A. C. 1199.
tur (*).

Licet vero scientia Presbyteris ad Matth. 3. 3.
docendum sit maxime necessaria, nibilo-
minus viri etiam docti in eis Ministerium
Sacerdotale revereri, & simplicitatem
non vilipendere debent. Episcopi est
Presbyterum, sibi subiectum, leniter re-
prebendere, non autem populi Pastorem
suum cum supercilio laceſſere. Si Pres-
byter indignus est, aut ad regendum gre-
gem ineptus, populus Episcopum adeat &
conqueratur, quia ille Presbyteros insti-
tuendi & deponendi potestatem habet.

Ceterum Sectæ Phariseorum accenſen-
di sunt, qui alios spernunt, & ſe ſolos

O o 4 Justos

(*) Es haben auch Luther, und andere ſo
genannte Glaubensbesserer vorgegeben, ihr Beruf
die Lehre der Schrift anders, als man in taufend
und mehr Jahren in der allgemeinen Kirche ge-
than, vorzutragen, ſey unsichtbar; daher ihnen
auch weder Mirackel, noch das Zeugniß der
Schrift, oder das Anſehen einer Kirche nothwen-
dig gewesen. Allein ſo haben auch unsere Herrn
Protestanten und Glaubensgegner ſich allzeit müß-
ten gefallen lassen, wenn man ihnen katholischer
Seits eben dieses entgegen gesetzt, was Pabst
Innocentius diesen verdächtigen Leuten in der
Stadt Meß vorgerückt hat: Id omnis Hæreti-
cus dicere potest. Das kann ein jeder Recher
ſagen.

Sæcul. XII. A.C. 1199. *Justos esse sibi blandiuntur. Nam ab exordio Ecclesiæ multos sanctos Viros in-*

venire est, a moribus istorum recentiorum, qui novam perfectionem somniant, alienissimos. His verba Scripturæ in-

Jac. 3.1. gerite: Nolite plures Magistri fieri. E-
pistolam claudit Papa, cives Metenses exhortans, ut errorem noxiū dimit-
tant, seque vana virtutis aut pietatis specie seduci non patiantur.

Papa ad Episcopum quoque & Ca-
pitulum Metense Epistolam dedit, in qua
2. ep. 142. dicit: *Prælatorum quidem est, in Ha-*
reticos solicite inquirere, sed etiam pru-
denter cavere, ne præcoci zelo piam Fi-
delium simplicitatem offendant, iisve oc-
casionem præbeant, in Ecclesiam seditiu-
se insurgendi. Porro in Epistola vestra
non satis diserte indicasti, quod illi, quos
accusatis, in Fide errent, & a sana
Doctrina deflectant. Penitus etiam ne-
scimus, quæ fama, qui mores illorum
sint, qui hanc versionem composuerunt,
aut illorum, qui cum alios docent ea u-
tuntur. Quare, vehementer vos borta-
nur; præcipite his hominibus, ut ea, que
moribus Christianorum adversantur, e-
mendent, & Ministerium Prædicationis,
ipsis non competens, non invadant. Ac-
curate etiam auctorem hujus Versionis
perquirite, quo consilio id molitus fue-
rit, quam fidem illi, qui eam legunt, te-
neant;

neant, cur ipsi alios docere ausi sint, an Saccul. XII.
Sacram Sedem & Ecclesiam Catholicam A.C. 1199.
revereantur, ut inde quid nobis agendum
sit cognoscere valeamus. Hæc Epistola
die duodecima Julii anno millesimo cen-
tesimo nonagesimo nono data.

Elapsis exinde aliquot mensibus, E-
piscopus Metensis, data ad Papam Epi-
stola, significavit, quod aliqui, de quibus
conquestus esset, a sacra Sede impera-
ta facere detrectarent, & alii publice,
alii secreto dicerent; soli Deo obedien-
dum. Quod contra edita mandata clam
prædicarent, alias Christianos conte-
mnerent, suæ versioni essent addictissi-
mi & temere profiterentur, se nec Me-
tropolitæ, nec Papæ obtemperaturos, si
eam vellent supprimere. Unde Ponti-
fex datis literis, tres Abbates Cistercien-
sem, Morimontensem & Crestensem e-
jusdem Ordinis in Diœcesi Lingonensi
Metas ire jussit, & juncta cum Episcopo
opera, errantes ad se vocare, ad eos e-
mendandos nullam curam omittere,
quod si tamen contumaces flectere non
possent, capita in querelis Episcopi con-
tentia exacte cognoscere, & omnia ad
Sacram Sedem referre, ut sciret Papa
quid consilii capiendum esset in causa,
ad Ecclesiam universalem maxime per-
tinente, cum de Fide ageretur. Hæc
Epistola die nona Decembris anno mil-
lesimo

O o 5

lesimo

Sæcul. XII. lesimo centesimo nonagesimo nono
A.C. 1200. data.

§. XXV.

Interdictum in Francia.

*to. II. Conc. Petrus Capuanus Innocentii III. Papæ
p. II.*

*Gest. Innoc.
n. 21. 52. &c.*

*Sup. Lib.
LXXI.
§. 53.*

*Ep. Inn. III.
ap. Steph.
Torra. p. 383*

*Rog. Hoved.
p. 801.*

*Gest. Inn.
n. 84.*

Hæc cognoscimus ex prolixa Epistola,
quam sub idem tempus Præsulibus Fran-

ciz

Legatus Interdicti sententiam in Re-
gnum Franciæ, a Pontifice latam, anno
millesimo ducentesimo, tribus post Na-
talem Domini hebdomadis, nempe me-
dio mense Januario, promulgavit; quod
Rex Philippus repudiata Ingeburge,
Principe Daniæ, Mariam Moraviæ du-
xisset. Legatus Papæ literas suis inclu-
sit, omnibusque Franciæ Prælatis man-
davit; servarent ipsi, & ab aliis servari
curarent Interdicti sententiam, nisi pœ-
næ suspensionis ab omni munere Episco-
pali subjacere vellent. Aliis refracta-
riis, cujuscunque Ordinis & Dignitatis
essent, indictum, omnibus officiis & be-
neficiis esse privandos. Tum eos Ro-
mam citavit, intra Festum Ascensionis,
in diem decimam octavam Maji inci-
dens, contumaciæ rationem reddituros.

Papa sententiam Legati confirmavit, sed
a communi lege exceperit Crucigeros, ju-
bens, ut Sacerdoti sacris operanti ades-
sent, & sepultura Ecclesiastica gaude-
rent.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN